Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ORAS

exercituum deus israel. Hec dicens ad
dominus uestros. Ego feci terram
et homines et iumenta que sunt super
faciem terre in fortitudine mea magna
et in brachio meo extento et dedi eam
illi qui placuit in oculis meis. Et
nunc itaque ego dedi omnes terras istas
in manu nabuchodonosor regis ba-
bilonis serui mei insuper et bestias ag-
di ei ut seruiant illi et seruiant ei
omnes gentes et filio eius et filio filii
eius donec ueniat tempus terre eius
et ipsius et seruient ei gentes multe et
reges magni. Gens autem et regnum quod
non seruierit nabuchodonosor regi ba-
bilonis et quod non curuauerit col
lum suum sub iugo regis babilonis
in gladio et fame et peste uisitabo super
gentem illam ait dominus donec con-
sumam eos in manu eius. Vos autem
nolite audire prophetas uestros et diui
nos et somniatores et augures et ma
leficos qui dicunt uobis non seruie
tis regi babilonis quia mendacium
prophetant uobis ut longe faciant
uos de terra ista et eiciant uos et pere
atis. Porro gens que subiecerit cer
uicem suam sub iugo regis babilonis
et seruierit ei dimittam eam in terra
sua dicit dominus et colet eam et hi
tabit in ea. Et ad sedechiam regem
iuda locutus sum secundum omnia uerba
hec dicens. Subiicite colla uestra
sub iugo regis babilonis et seruite
ei et populo eius et uiuetis. Quare mo
riemini tu et populus tuus gladio et fa
me et peste. Sic locutus est dominus
ad gentem que seruire noluerit re
gi babilonis. Nolite audire uer
ba prophetarum dicentium uobis
non seruietis regi babilonis quia
mendacium ipsi locuntur uobis et
non misi eos ait dominus et ipsi pro
phetant in nomine meo mendacio
ter ut eiciant eiam eiam uos
et pereatis tam uos quam prophe
qui uaticinantur uobis. Et ad sa
cerdotes et ad populum istum locutus
sum dicens. Hec dicit dominus de
nolite audire uerba prophetarum
uestrorum qui prophetant uobis di
centes. Ecce uasa domini reuerte
tur de babilone nunc cito. Mendacia
enim eis prophetant uobis. Nolite
ergo audire eos sed seruite regi ba
bilonis ut uiuatis. Quare detur
hec ciuitas in solitudinem si pro
phete sunt et est uerbum domini
in eis. Occurrant domino exerci
tuum ut non uendant uasa que re
licta sunt in domo domini et in
domo regis iuda et in iherusalem iuda
bilonem quia hec dicit dominus
exercituum ad columpnas et ad
mare et ad bases et ad reliquias ua
sorum que remanserunt in ciuita
te hac que non tulit nabuchodono
sor rex babilonis cum transferret
iechoniam filium ioachim rege
iuda de iherusalem in babilonem et opti
mates iuda et iherusalem. Quia hec dic
dominus exercituum deus israel ad
uasa que remanserunt in domo
domini et in domo regis iuda et ihe
rusalem in babilonem transferen
tur et ibi erunt usque ad diem uisi